



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Originvm Monasticarvm Libri IV.

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1620

Cap. XIV. Ordo Crucigerorum in Bohemia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11249

CAPVT XIII.

*Ordo Crucigerorum in Belgio, Germania,
& Gallia.*

Fuit is inchoatus circa annum Christi 1216. à viris quinque admodum pijs, ordinis Ecclesiastici, qui sese Hugoni Cardinali, & Apostolico per Germaniam Legato obtulerūt. Ordinem sub regula S. Augustini confirmauit Innocentius IV. anno Pontificatus sui sexto. Totius Congregationis caput, ac Praefectus residet Huij, ad Mosam fl. in dicecesi Leodiensi, vbi Crucigeri pulcherrimum habent cœnobium.

Eiusdē Cōgregationis monasteria hodieq; florent, *Leody*, *Tornaci*, *Aquisgrani*, *Coloniae*, *Embricæ*, *Dusseldorpi*, *Venlone*, *Rurnunda*, *VVic-radij*, *Altinemoris*, *Trapontis*, *Traiecti ad Mosam*, *Maseica*, *Dionanti*, *Brugis* in *Flādriā*, *Silue-ducis* in *Brabantia*, *Parisys*, *Tolosæ*, & olim *Londini* in *Anglia*, *Hornæ*, *Schidami*, *Culenburgi*, *Frani-quera*, & alibi in *Batauia*, *Frisia*, vicinisq; ditionibus.

CAPVT XIV.

Ordo Crucigerorum in Bohemia.

Ordo Crucigerorum cum Stella rubea latè patet per Bohemiam, Morauiam, Silesiam

am, ac Poloniam: cuius quidem supremus ac generalis Magister anno 1618. erat Illustrissimus & Reuerend. D. Sbigneus Berca.

Est in Bohemia & altera Cōgregatio Cru-cigerorum cum *Nauicula*, vt vocant: quod pro-tessera Nauiculam gerant.

CAPUT XV.

Ordo Vallis-Scholarium.

ANNO CIO. CC. XVIII. Honorius III. Pont. Max. anno Pontificatus sui tertio, ordinem *Vallis-Scholarium* confirmauit; quem Guilielmus quidam, natione Anglus, inchoauit, qui Parisijs scholaris fuerat, & postea in Burgundia scholis præfuerat, tandemque cum scholaribus suis ad eremum conuolauit, & formam viuendi suis, & sibi ex diuersis regulis elegit. Sic Martinus Polonus in *Chronico*. Genebrardus in sua *Chronologia* pau-lo distinctius dicit hunc ordinem, sub regula D. Augustini, sumpsiisse originem in Campania Gallica, per *Guilielmum*, *Richardum*, *Eherardum* & *Manassem*, *Theologiæ Professo-rem*. Huius ordinis monasteria Belgica sunt, *Mechliniense*, *Montense* in *Hannonia*, *Leuvense* in *Brabantia*, & *Geronsaitum* in *Comitatu Namurcensi*. Solent olim non nisi à Prioribus gubernari: nostra ætate *Montensi*, *Namurcensi* & *Leo-*